



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

6. Paterna Sedis &c. Constitutio Pro Tertiariis Ordinis Sancti Francisci.  
Universa privilegia toti Tertiariorum cœtui, in tres status distincto, à  
Summis Pontificibus concessa, confirmantur; ipsique ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

In emendis retrahendis que vicinorum domibus pro locis Deo dicatis instaurandis, iussum pre-tum tantum, & non amplius sol-vatur.

Hec Constitutio in par-tent Bene-ventanæ ci-vitatis ornatui magis fa-vorabilem, semper ex-plicanda & inter-pre-tanda.

Pro hac Constitu-tio-ne firmando cæseris qui-buscunque deroga-tur.

dem civitatis viis & plateis, erigendisque privatis & publicis ædificiis, illius ornatum spectantibus, Gregoriana Constitutio semper & ubique observari debeat; judicesque in causis contumaciam se ventilandis, ad formam ejusdem Constitutionis, & non aliter, definire & judicare te-nentur.

*S. 3.* Sed quia in eadem Constitutione Gregoriana expresse cayetur, ut, si quis in propria domo, fando, soleve ædificare voluerit, vicini suas domos, & loca, ejusmodi ædificiis utilia, seu necessaria, ut pote eidem domui, fundo, & solo contermina, neque ab ipsa culta, sive habirata, sed tantum locari solita, ei vendere omnino cogantur; pretio tamen aucto ad duodecimam partem, ultra æquum & congruum ejus estimationis pretium faciendam; sive ædificio, quod insigne evasurum sit, perficiendo quæpiam domus, à proprio domino habitata, sive hortus, alijsve locus, muris cinctus, tali ædificio exstruendo cohæreat; tunc, eo jam cœpto, & à duobus saltæ lateribus domui, horto vel loco ejusmodi cohærente, cuius estimationem quadruplo ædificium illud sit excessurum, domus, horti vel loci dominus, etiam in illis habitans, cogatur ea vendere, aucto tamen ad quintam partem pretio solvendo; nos hæc perpendentes, & locis Deo dicatis, ut summum Pontificem decet, præsidere volentes, ædes sacras, monasteria, aliaque loca pia ab utroque hujusmodi pretio & augmento absolviimus, ex-nimus, & liberamus, Ecclesiæque, monasteria, aliaque loca pia, volumus & statuimus, ut tanti dumtaxat, non pluris, quanti domus & cætera loca, eorum dominibus, fundis, ac solo vicina, justæ æstimata fuerint, pro tali exemptione & retractione solvere teneantur.

*S. 4.* Ubi vero hæc omnia & singula, præsentibus Apostolicis Literis Nostris comprehensa, atque statuta, fortasse in aliquibus circa legitimum sensum in controversiam adduci contigerit, volumus & decernimus, in eam partem explicari debere; quæ civitatis ornatui magis favere videatur, semperque sive in judicio, sive extra judicium, ubique favorabilia censerit; atque ita ab universis judicibus, etiam Nostri Palatii Apostolicæ, & S. R. E. Cardinalibus, sublata quavis aliter explicandi, interpretandi & judicandi potestate, explicari, interpretari & judicari debere: sive fecus fiat, id totum fore iritum & inane.

*S. 5.* Hac autem fieri volumus atque statuimus, non obstantibus quibuscumque, & felicis recordationis Symmachi & Pauli II. antecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienantibus, alijque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, legibusque etiam civilibus, dictæque civitatis Beneventanæ, & Ecclesiæ, Monasteriorum, locorumque religiosorum, sive priorum, ordinumque, bona ejusmodi possidentium, statutis, & consuetudinibus, nec non testantium voluntatibus, alijque dispositionibus, etiam jurejurando, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis; privilegiis quoque & Literis Apostolicis, eisdem Ecclesiæ, Monasteriis, & locis, eorumque superioribus, capitulis & conventibus, seu populo Beneventano, & alij quibuscumque, concessis, ac quibusvis Sedis Apostolica indulgentiis: per quæ præsentium execu-tio, & per eas tributæ jurisdictionis explicatio posset quomodo libet impediri vel retardari: quibus omnibus, eorum tenores pro plenâ & integrè expressis habentes, de plenitudine potestatis deroga-gamus ceterisque contrariis quibuscumque.

*S. 6.* Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam extensionis, ampliationis, renovationis,

concessio-nis, sanctionis, indulti, decreti, & de-roga-tionis infringere, vel ei temerario usu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumferit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-tri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-su-rum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno In-carnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, pridie Idus Decembris, Pon-tificatus Nostri Anno Secundo.

P. Cardinalis Prodato-rius.

F. Cardinalis Oliverius.

Visa de Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Marthettus.

Hanc Con-sti-tutionem nemo viola-re audeat.

D. 12. De-cembris  
1725. P. A.  
secundo.

VI.

Constitutio pro Tertiariis Ordinis Sancti Francisci. Universa privilegia toti Tertiariorum cœtu, in tres status distincto, à Summis Pontificibus concessa, confirmantur; ipsique Tertiarii omnimoda jurisdictioni, & regimini Ministri Generalis totius Ordinis Minorum, pro tempore existuti, denuo subjiciuntur, & commen-dantur.

### BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

*S. 1.* Patera Sedi Apostolicae providentia erga pios homines, sub habitu humilitatis & penitentie Deo famulantes, sape Romanos Pontifices antecessores Nostros impulsi, pro eorum solatio & commodo pridem concessa approbare, & reno-varare, & jam approbata, rursus Apostolica auctoritate munire, ut eo firmiora persisterent, quo sa-pius essent ejusdem Sedi auctoritate suffulta. Hinc, ut Ordinis Tertiiorum, Beati Francisci de Peniten-tia nuncupati, qui in tres status divisus, secularium scilicet, collegialiter viventium, & Re-gularium, magnos pietatis, & doctrinae fructus in Ecclesia Dei semper protulit, & quotidie pro-ferre fatigat, quieti, regimini, atque incremen-to probè consulteretur, ab iisdem Romanis Pon-tificibus antecessoribus Nostris complures Litera diversis temporibus jamdudum vulgatae fuerunt, in quibus varia gratia, concessiones, libertates, prærogativa, favores, immunitates, exemptio-nes, indulgentiae, declarations, facultates, privilegia, & indulta eisdem immediatæ, & direc-tæ, vel etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, præsternit Fratrum Minorum, con-cessa, ampliata, extensa, & confirmata fuere, prout in ipsis Apostolicis Literis plenius, & ubi-rius continetur.

*S. 2.* Cum autem, sicut accepimus, per hujusmodi concessiones, ampliations, declarations, extensio-nes, communicationes, & confirmations, adhuc omnimoda ejusdem Ordinis, & illius pro-fessorum tranquillitatæ plene, ut decet, non consul-latur; afferentibus nonnullis, gratias, & indulta hujusmodi non esse in usu, vel revocata, aut restric-ta fuisse, nec ea parte subsistere, quæ directionem, curam, & regimen eorumdem Tertiiorum concer-ni; sive Tertiarios tantum Regulares, seu sub-clausura, vel collegialiter dumtaxat viventes res-picere, non autem alios in seculo commorantes; cum tamen idem Ordo pro utriusque sexus Christi-fidelibus in ipso seculo, & in conjugio, propriis que dominibus manentibus, à Beato Franciso in-situtus, nonnisi quartodecimo labente seculo, in

Sedis Apo-stolicæ amor erga Dei fa-mulos Ter-tiarios pra-fertim Beati Francisci.

Motiva hu-jus Constitu-tionis.

Ita-

Italia præsertim, ad statum religionis fuerit evenetus, & propterea Tertiarios hujusmodi ab Ordinariis locorum alicubi controversi, & litibus in dies molestati, ac perturbari contingat; non sine ejusdem instituti, & Fratrum ipsorum detimento, & quietia jaætura.

Lites, &  
controversiae  
quæcumque  
aboleruntur,  
&  
extinguuntur.

*S. 3.* Ideo Nos, attenta consideratione pensantes, quantum utilitatis Catholicae religioni, morumque instaurationi per humilitatem, suique abjectionis exempla Ordinis prædicti professores hactenus attulerint, & imposterum, juvante Domino, afferre valeant; ac proinde volentes, ut decet, eorum conservationi, incremento, & tranquillitati uberiori providere, motu proprio, non ad ipsorum Fratrum, aut Sororum, nec alterius pro eis Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de Nostra mera liberalitate, & ex certa Nostra scientia, ratione eorum, quam profitentur, altissimæ paupertatis, omnes, & singulas lites, ac controversias tum in prima, cum etiam in secunda, & ultima instantia actu pendentes, ac coram quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus, quantumvis exemptis, & privilegiatis, etiam prævia commissione manu Nostra signata, vel coram Palati Apostolici causarum Auditoribus, aut Sacris Congregationibus, necnon Nostris, & Sanctas Sedis de Latere Legatis actas, ipsasque, earumque status, nomina, & cognomina judicium, & conlitigantium, aliorumque, necessario exprimendorum qualitates, & circumstantias præsentibus Literis Nostris pro sufficienter expressis habentes, & ad Nos advocantes, harum serie extinguimus, cassamus, & abolemus, perpetuumque silentium de cætero eis imponi volumus, & mandamus.

Omnia pri-  
vilegia à  
Summis  
Pontificibus  
Terto Ordini-  
ni S. Franci-  
ci concessa  
approban-  
tur & reno-  
vantur.

*S. 4.* Quascumque insuper Literas, & gratias, tam spirituales, quam temporales, concessiones, indulgentias, exemptiones, indulta, privilegia, communicationes, extensiones, libertates, prærogativas, favores, peccatorum remissiones, & familia, tam in genere, quam in specie Fratribus, & Sororibus prædictis de Penitentia, eorumque Monasteriis, Domibus, Conservatoriis, aut alijs, quovis nomine nuncupatis habitationibus, Ecclesiis etiam, Oratoriis, & Cappellis vel immideat, & directè, aut etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, & præsertim Fratrum Minorum, à Romanis Pontificibus antecessoribus Nostris, quomodolibet concessa, quorum tenorem, ac si de verbo ad verbum his Nostris Literis inferetur, haberib[us] volumus pro expenso, harum serie approbamus, & confirmamus, ac pro posteriori cautela, Apostolica auctoritate singula de novo concedimus, & largimur.

Triplex Ter-  
tiariorum  
status unum,  
& etiundem  
Tertium Ordin-  
inem, san-  
ctum, meri-  
torium, &  
verum, non  
confraterni-  
tatem com-  
ponit: quo-  
rum regula  
denou con-  
firmatur.

Ut vero detractorum calumniis adversus hunc Ordinem, quantum Nobis ex alto conceditur, occurramus, Antecl[esi]orum Nostrorum vestigiis inharentes, qui hunc videndi modum, & formam approbarunt, vel confirmarunt, aut etiam summis laudibus extulerunt, Nos eundem sanctum, meritum, & Christiana perfectioni conformem, neconon verum, & proprium Ordinem, unum in toto Orbe ex Secularibus, aliisque collegialiter viventibus, & Regularibus promiscue compostum, & à quacunque Confraternitate ex comprehensis in Bulla recolenda memoria Clementis PP. VIII. omnimode distinctum, utpote qui sub propria Regula, ab hac Romana Sede approbata, cum Novitiatu, Professione, & Habitu sub certis modo, & forma, prout ceteri Ordines tum Regulares, tum Militares, & alii hujusmodi consueverunt, dispositus reperitur, sive semper & esse decernimus, & declaramus, atque motu simili,

Regulam prædictam à felicis recordatiois Antecl[esi]orum Nostris Romanis Pontificibus Nicolao IV. pro Tertiariis utriusque sexus, & cuiuscumque status, sive Ecclesiastici, sive Licalis, quomodocumque in seculo sub proprio teatro, ac in conjugio ipso degentibus, 16. Kalendas Septemb[ris] 1289. approbatam, à Clemente V. 3. Kalendas Septemb[ris] 1308, atque à Gregorio XI. 8. Idus Februario 1372. aliquis in forma specifica confirmatam, necnon per Leonem X. pro personis, tria substantialia vota emitentibus, accommodatam, & appropriatam per quasdam suas Literas incipientes: *Inter cat[er]a &c. sub dat. Romæ 20. Januarii 1521.* Nos denou approbamus, & confirmamus, atque Apostolica auctoritate perpetuum firmatis robur illis adjicimus.

*S. 6.* Sed quia accidit olim, & non sine animi Nostri dolore in dies etiam dicticinus evenire, ut Fratres dicti Ordinis, Seculares præsertim, Ministri Generalis totius Ordinis Minorum, & Provincialium respectivè, quorum curæ, & jurisdictioni hæc Sancta Sedes subesse volunt, obedientiam, & regimèn detectantes, & non parere, ut debent, sed imperare, quod non possunt, sibi affectantes, omnia susque deque vertant, Regulamque prædictam, ac statuta, atque adeo Nostrorum etiam Antecl[esi]orum Constitutiones, quamvis contraria intendentis, atque præcipientes, inflectant in sensu suo, & multoties Ordinariis locorum, aut sponte sua, aut ad corum Fratrum Tertiariorum instantiam, mittentibus, & quo prohibiti sunt, extendentibus manum in non suam hanc messem, pro bona fruge, quæ, ut desideranda est, etiam expectanda est, zizania tantummodo producantur. Nos memoria recolentes, primum hunc Tertii Ordinis statum, Secularium nempe sub proprio teatro degentium, dum Institutis suis obedienter insisteret, non tantum pravos populorum mores in melius reformati, sed etiam Sanctitatis egregia fructus uberrimos protulisse, cupientesque ipsum ad pristinæ observantie, quem tenuit apicem, revocate, motu simili, deque Apostolice potestatis plenitudine, omnes, & quascumque Literas Apostolicas, per quas aliqua superioritas, præminentia, & auctoritas in ejusdem Instituti Fratres, & Sorores primario Ministro Generali prædicto totius Ordinis Minorum, aliisque secundiarii Superioribus conceditur, & tribuitur, præsentium tenore non solum approbamus, & confirmamus, verum, & concessa renovamus, ac robur perpetua firmatis obtinere debere decernimus, & mandamus; speciatim verò que in Literis Innocentii PP. IV. incipientibus: *Vota Devotorum &c. sub datum Lugduni Idibus Junii 1246.* in aliis Nicolai IV. incipientibus: *Ungenus Dei Filius &c. sub datum apud Urbem Veterem 6. Idus Augusti 1290.* in aliis Martini V. incipientibus: *Licet inter cat[er]a &c. sub datum Romæ 9. Decembris 1247.* in aliis Sixti IV. incipientibus: *Romani Pontificis Providentia &c. sub datum Romæ 18. Kalendas Januarii 1471.* in aliis Alexandri PP. VI. incipientibus: *Exponi Nobis &c. sub datum Romæ 16. Maii 1500.* in aliis Julii II. incipientibus: *Exponi Nobis fecisti &c. sub datum Romæ 15. Octobris 1507.* in aliis Leonis X. incipientibus: *Superioribus diebus &c. sub datum Romæ 14. Maii 1517.* in aliis denique Beati Pii PP. V. incipientibus: *Ea est officii Nostri &c. sub datum Romæ 5. Nonas Julii 1568.* continentur, auctoritate,

Minister Ge-  
neralis to-  
tius Ordinis  
Minorum, &  
Secundarii  
Superiores  
confirman-  
tur in auctor-  
itate supra  
omnes Ter-  
tiarios uni-  
que sexus;

Privilegia  
Apostolica  
Congregationum par-  
ticularium  
extenduntur  
ad universum Tertium  
Ordinem.

Omnis Ter-  
tiarii, non  
tamen Regu-  
lares Italæ  
subjiciuntur  
directioni  
Fratrum Mi-  
norum.

Ministro ge-  
nerali totius  
Ordinis Mi-  
norum injun-  
gitur propra-

& tenore premissis de novo confirmamus, &  
renovamus.

§. 7. Extendimus deinde ad universum Ter-  
tii Ordinis gregem quæcumque Apostolica In-  
dulta, aut privilegia, regimen, & directionem  
hujusmodi respicientia, pro una, vel altera Con-  
gregatione in particulari alias vulgata, & specia-  
tim, quæ pro Tertiis Ferrariae in quibusdam  
Joannis, in sua obedientia nuncupata XXIII. in-  
cipientibus; *Cum privilegiis, & Litteris Apo-  
stolicis ambigitur &c.* sub datum Bononiae 16. Ka-  
lendas Iulii 1414. & aliis Pii II. pro Tertiis regnorum Castella, incipientibus: *Pia Deo, &  
Ecclesie desideria, &c.* sub datum apud Abbatiam S. Salvatoris Clusii 111. Idus Julii 1462. aliis  
etiam Pauli III. pro Tertiis Universæ Hispaniæ,  
incipientibus: *Exponi Nobis &c.* sub datum Roma 14. Septembri 1537. aliisque ejusdem  
Pauli III. similiter pro Hispaniæ, incipientibus:  
*Ad fructu uberes &c.* sub datum Roma 5. Nonas  
Julii 1547. ac aliis Alexandri VII. pro Hispaniæ,  
incipientibus: *Exponi Nobis &c.* sub dat. Roma  
28. Julii 1657. sicuti, & aliis Innocentii XIII.  
pro Brasiliis, incipientibus: *Ordines, & Congre-  
gationes &c.* sub datum Roma 23. Januarii 1724.  
edita, & publicata fuere, omnia, & similia;  
directionem, & regimen Ordini Fratrum Minorum attribuentia, Apostolica auctoritate confir-  
mantibus, ad gregem ipsum universum extendi-  
mus, & ampliamus.

§. 8. Mandamus propterea universis, & fin-  
gulis hujusmodi instituti professoribus, per uni-  
versum Mundum existentibus, presentibus, &  
futuris, cujuscumque status, gradus, & condi-  
tionis existant, ac tam in seculo sub proprio  
testo, vel in conjugio ipso, quam collegialiter  
congregatis, aut etiam sub clausura sub tribus  
votis essentialibus degentibus, ut sicuti cum pri-  
mo & secundo Ordine, Minorum scilicet, &  
Clarissarum, unum, & eundem Institutorem,  
Auctorem, & Patriarcham habent, ita unum,  
& eundem ipsiusmet Fundatoris legitimum Suc-  
cessorem, veluti Patrem, & Caput totius Ser-  
aphici gregis, atque trium Ordinum Beati Fran-  
cisci primarium Generalem honorent, obseruent,  
& recognoscant; ejusque secundarios Dele-  
gatos, five Provinciales, five Guardianos, aut  
etiam Commissarios Visitatores, tanquam suos  
legitimos, & veros Superiores venerentur, ita  
ut ipsorum judicio in dubiis, aut controversiis  
circa Regulam, & Statuta se conforment, at-  
que in iis omnibus, quæ concernunt Ordinem ipsum, nec Regula sunt contraria, illis pareant,  
& obediant: quod si fecerint, ab eisdem  
castris, atque habitu spoliari possint; in huius  
proinde Tertiiorum gratis, & privilegiis  
gaudere decernimus, & jubemus. Non intendi-  
mus tamen per hoc Tertiis Regularibus Italæ  
præjudicium aliquod inferre, aut in aliquo  
derogare Constitutioni felicis memoriae Sixti PP.  
V. Antecessoris Nostri, incipienti: *Romani Pon-  
tificis Providentia &c.* sub datum Roma 29. Martii  
1586. sed eam in suo robore permanere de-  
cerimus; imo pro potiori cautela ipsam de no-  
vo confirmamus; idem omnino statuentes circa  
Moniales, tria Vota essentialia emittentes, aut  
etiam Tertiarias alias in Conservatoria communi-  
citer tantum viventes, ut scilicet pleno jure vi-  
sitioni, correctioni, & directioni Fratrum Mi-  
norum subjaceant, nisi aliter ab hac Sede repe-  
riatur specialiter ordinatum.

§. 9. Injungimus autem eidem Generali Mi-  
nistro totius Ordinis, ut Beati Francisci Patris  
sui vestigis inhærendo, ubilibet intra Provincias  
per universum Orbem eidem commissas, hujus-

modi Tertiis Ordinis Congregationes Seculares,  
tam Fratrum, quam Sororum per patentes Lit-  
teras suas, vel sui Commissarii Generalis erigere,  
ipsaque sic erectas, juxta Constitutiones, seu  
Statuta à felice recordationis Paulo PP. III. An-  
tecessore Nostro approbata, vel secundum alia in  
speculo Seraphico contenta, atque Directorio  
trium Ordinum inferta, nec non per recolenda  
memoria Innocentios PP. XI. XII. & XIII.  
confirmata, quæ etiam præsentium tenore re-  
novamus, & approbamus, confovere, & mo-  
derari curer, studeatque; nisi tamen eidem Ge-  
nerali Ministro, & Capituli Generalis Patribus,  
aliud in Domino videbitur expedire: quibus  
propterea plenum jus, ac liberam auctoritatem  
ea innovandi, immutandi, augendi, aut mi-  
nuendi, ac alia de cætero statuendi, quæ bo-  
num dicti Gregis regimen concernere possunt;  
dummodo tamen Regulæ præfatae, sacrificare  
Canonibus non advertentur, ad tenorem liter-  
arum Clementis PP. VII. incipientium: *Dum  
uberes fructus &c.* sub datum 15. Martii 1526.  
perpetui, futuri temporibus facultatem facimus  
aque largimur.

§. 10. Insuper dicti Ordinis proiectum, &  
incrementum præ oculis habentes, ac prædictis  
Predecessorum nostrorum Constitutionibus in-  
hærentes; eidem Generali Ministro privative  
quoad alios quoscunque, concedimus, ut per  
secundarios Superiores, ad id opportuna, &  
necessaria facultate suffultos, utriusque sexus  
Christifideles juxta morem dicti Ordinis recipi-  
re, Commissarium etiam Visitatorem, seu Con-  
fessarium, moribus, vita sanctimonia, & ætate  
idoneum, qui ipsi Ecclesiastica Sacra menta mi-  
nistret, ac de praeciptis Regulæ instruat, Con-  
gregations, seu Congregatus convocet, & in ip-  
sis, ac aliis quibuscumque actibus, & functionib-  
us præsideat; duplex etiam in paritate suffra-  
gium ferat, assignare posse, ac valeat; nec non  
eisdem Congregationes, & earum Domos, Con-  
servatoria, Holpitalia, Cappellas, & Oratoria  
opportuni temporibus, vel per seipsum, vel  
per Ministros Provinciales, aut etiam Commissa-  
rios Visitatores, seclusi locorum Ordinariis, &  
aliis quibuscumque personis cuiusvis statu, gra-  
du, vel conditionis existant, & quacumque  
auctoritate fungantur, visitare, ac instruere, &  
paterne corriger, ac reformatæ tam in capite,  
quam in membris, ad cassationem usque Man-  
telli, & Habitus, quæ correctionis, aut refor-  
matiæ officio cognoverit indigere, aliaque ad  
bonum dicti Ordinis, juxta ejus Constitutiones  
ordinare, & exequi, sicuti in Domino expedi-  
re animadverterit; & speciatim, ut quoties sibi  
placerit, per Visitatores suos libros, & ratio-  
nes redditum, ac bonorum ipsarum Congrega-  
tionum examinare, & recognoscere possit, quin  
in eorum administratione, aut eleemosynarum  
perceptione, vel distributione se ingerat; sed  
tantum, an videlicet Deputati, & Officiales piis  
operibus, ac legatis, oneribusque præfatae Con-  
gregationi injunctis, atque impositis, debitis  
modo, & forma, & opportuno tempore satisfa-  
ciant, concedimus, & indulgemus; & pro po-  
tiori cautela, pte memorie Innocentii PP. XI.  
dispositionem per suas litteras in forma Brevis,  
incipientes: *Exponi Nobis &c.* sub datum Roma  
10. Februario 1688. circa rationem reddituum  
per omnia Monasteria Monialium, eorumque  
Exæctores Superioribus Ordinis Minorum red-  
dendam, expresse confirmamus, & ad univer-  
tas Tertiis Ordinis Congregationes, five Fratrum  
Secularium sub proprio testo, five etiam Soror-  
um, collegialiter viventium, extendimus, &  
renovamus.

Solis Su-  
perioribus Mi-  
norum com-  
petit quo-  
cunque reci-  
peri ad Ter-  
tium Ordin-  
em, eisque  
Confeff-  
rium, & vi-  
statorem,  
qui præ-  
dictæ & ration-  
nes exami-  
ner, adfi-  
gnare.

Tertiarii possint sub proprio habitu, & Cruce, vel sub Cruce Minorum publicis processionebus, & afflo- ciationibus interesse: nec in loca, ubi jam sunt, alii introducantur.

Confirmantur indulgen-  
tiae Tertio Ordini con-  
cessae.

**§. 11.** Volumus proinde, ut Tertiarii ipsi, sub proprio techo viventes, in omnibus se praebant hujus seculi contempores, atque eorum exemplo ceteri allicitantur, & ad humilitatem incitentur, ut sub propria Cruce, vel etiam sub Cruce Fratrum Minorum, ad publicas processiones, & ad afflocaanda cadavera, aliasque Ecclesiasticas functiones se conferre, & sub proprio habitu, per Ordinis Constitutiones designato, incedere valeant, ac possint, tenore praesentium concedimus, & largimur; præcipientes pariter, ad evitanda iurgia, & contentiones omnibus & singulis, etiam inter Subditos prædicti Generalis Ministri non comprehensis, & facultate pro fundandis Tertiis Ordinibus secularibus prædictis per Sedem Apostolicam concessa gaudentibus, ne quocumque prætextu audeant uti hujusmodi privilegio ubicumque Tertium Ordinem repererint jam fundatum, coequ minus jam fundatas Tertiis Ordinis Congregationes ad se recipere, si à Conventu recedere, apud quem, & sub cuius directione, ac gubernio erecti prius inveniuntur, recedere voluerint. Propterea declaramus omnia irrita, & mera attentata, quæcumque ab aliis, præter voluntatem antedictorum Superiorum Ordinis Minorum circa Tertiis Ordines istos, aut innovari, aut mandari contigerit contra hanc nostram Constitutionem, Tertiisque Ordines memoratos in posterum erigendos ubi jam alii erecti, & fundati sunt, aut a Conventu, apud quem existunt, transferendos ad alium, præfertum eidem Generali Ministro nequam subiectum, inter Tertiis Ordines approbatos ab Apostolica Sede habendos non esse, minusque gaudere Indulgencias, & privilegios Tertio huic Ordini per eandem Sedem Apostolicam impetratis.

**§. 12.** Ut autem Christifideles sacrum hoc Institutum ferventius querant, & inventum non dimittant, libentiusque vaeat exercitus pietatis, & humilitatis, à Beato Francisco in Regula sua præscriptis, omnes, & singula concessiones, & gratias tam spirituales, quam temporales, indulgentias præferunt per quoctunque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros uni, vel alteri Congregationi Tertiis Ordinis hujusmodi, sive secularium, sive collegialiter viventium, sive etiam Religiorum, eorumque personis, atque Monasteriis, Domibus, Conservatoriis, Ecclesiis, Hospitalibus, Cappellis, & Locis quibuscumque, tam directe & specificè, quam etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, Minorum scilicet, Sanctæ Clæræ, Prædicatorum, Augustinianorum, Carmelitarum, aliorumque Mendicantium, nec non cum Archiconfraternitatibus Cordigerorum, & Confalonis de Urbe, sub quacumque forma, & expressione verborum concessas approbamus, & confiramus, atque de novo concedimus, & largimur; singulatim vero illas, quæ leguntur in Litteris felicis memorie Antecessorum Nostrorum Clementis PP. V. incipientibus: *Cum illuminatum sit &c. sub datum 8. Maii 1305. & aliis Sixti PP. IV. incipientibus: Sacri Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines &c. sub datum Kalendas Augus. 1479.* in aliis Leonis X. incipientibus: *Dudum per Nos accepto &c. sub datum 10. Decembri 1519.* atque etiam aliis Clementis VII. incipientibus: *Ad uberes &c. sub datum 1526.* sicuti & aliis Pauli PP. III. incipientibus pariter: *Ad uberes fructus &c. sub datum 8. Novembris 1584.* aliis etiam Clementis PP. VIII. incipientibus: *Ratio Pastorali Officii &c. sub datum 20. Decembri 1597.* atque aliis Pauli PP. V. incipientibus: *Cum certas &c. sub*

*datum 11. Martii 1607.* Eas præterea, quæ aliis quamplurimis continentur, ut Innocentii PP. XI. incipientibus: *Universis &c. sub datum 30. Septembris 1681. & Ecclesia Catholica &c. 28. Junii 1686.* atque etiam: *Exponi Nobis &c. 5. Septembris, & Alius emanavit &c. 10. Octobris ejusdem anni, nec non Exponi Nobis &c. 15. Maii 1688.* sicuti & aliis Innocentii PP. XII. incipientibus: *Ad ea &c. sub datum 24. Decembri 1692.* Et debitum &c. sub datum 19. Maii 1694. nec non: *Sua Nobis &c. 17. Kal. Januarii 1695. & Cum sicur Dilectus &c. 21. Novembris 1696.* atque: *Exponi Nobis &c. 3. Decembri 1697.* sicuti: *Ex debito Pastorali &c. quæque aliis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Litteris in favorem dicti Ordinis expeditis, continentur, auctoritate, & tenore præmissis renovamus, & confirmamus.*

**§. 13.** Decernentes has nostras litteras Apostolicas semper & perpetuè validas, & efficaces esse, & fore, suosq; tote plenarios, & integros effectus obtinere, & sortiri debere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat, & in futurum spectabit, firmiter, & inviolabiliter observandas, ac nullo unquam tempore ex quoctunque capite, & qualibet causa, quantumvis pia, legitima, & iuridica, etiam ex eo, quod Tertiis Ordinis prædicti, & quicunque in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione, jus, vel rem habentes, aut habere prætendentes, illis non consenserint, nec ad id vocati, citati, & auditи fuerint, & cause, propter quas eadem Præsentes litteras prodierint, adducte, verificate, & justificatae non fuerint, de subversionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quilibet alio, quantumvis magno, substantiali, inscogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuum mentionem, ac expressionem requiri, defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint; aut ex quoctunque alio capite, à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua, resultante, aut quoctunque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis iulta, rationabili, legitima, iuridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superioris expressis nusquam appareret, seu aliis probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris; aut aliud quoctunque facti, gratia, vel justitia remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine concessio, imprestito, seu vulgato uti, vel se juvare in judicio, vel extra, posse; neque ipsas præsentes Litteras Apostolicas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, deteriorationibus, aliasque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore exitutos, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam in crastinum assumptionis eorumdem Successorum ad Summi Apostolatus apicem, vel alias motu proprio, & ex certa scientia, ac consistorialiter, & ex

Clausula pro  
hujus C. illi-  
stitutionis ob-  
servatione:

quibuslibet causis, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis; etiamque de eisdem præsentibus Litteris Apostolicis, eorumque toto tenore, ac Data specialis mentio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis, comprehensas, sed semper & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ prodierint, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo ante quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenariè reintegras, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse, & fore. Sicque, & non aliæ in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latero Legatos, Vice-Legatos, dictaque Sedis Nuncios, ac alios quomodolibet quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quovis iudicio, & quavis instantia, judicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane decernimus, si fecis super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ministro generali totius Ordinis Minorum injungitur hujus Constitutionis executio.

**S. 14.** Quocirca dilecto Filio actuali Ministro totius Ordinis Minorum, ejusque Successoribus pro tempore exitiaris, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipse, vel per se, vel per suum Commissarium Generale, sive per Judices, Conservatores ipsius Ordinis, aut etiam per alios quoscumque sibi beneficos, & ab ipso Delegatos, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra, tanquam Commissarius Apostolicus ad hunc effectum speciatim Delegatus, eadem præsentes Litteras, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari; omnesque, & singulos, quos ipsæ præsentes litteræ concernunt, præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittens, illos super his à locorum Ordinariis, aut ab alio quocumque, quavis auctoritate fungente, quomodolibet, & indebit molestari, perturbari, vel inquietari; nullum, & insubstens declarans quidquid sit, aut fuerit in contrarium factum; divisiones, obstacula, & perturbationes inter prefatum Tertium Ordinem, præsertim secularium, & contra ipsos Tertiarios predicto Ordini Minorum, ut præmisimus, subiectos, insimulque rebelliones, ac sublevations adversus Superiores, & Religiosos primi Ordinis, eorumque in prædictum Tertium Ordinem superioritatem, correctionem, jurisdictionem, & privilegia sub quocumque praetextu, ratione, vel causa exortas, latae, & deductas, non permittens; contradictores quolibet, & rebelles per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellione postposita, compescendo; legitimisque super his habendis, servatis processibus censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando;

invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

**S. 15.** Non obstantibus felicis recordationis Bonifaci PP. VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur; aliisque quibusdam forsan in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Tertii Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, tūbus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, indulis, & literis Apostolicis sive quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque; & alius Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam Consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, innovatis, & confirmatis; etiamque in eis caveatur expreſſe, quod illis per quacumque literas Apostolicas, etiam motu proprio, ac consistorialiter, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentis derogari non possit, neque censetur eis derogatum, nisi hujusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per diversas literas intimatae fuerint: quibus omnibus, & singulis, etiamque de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegias præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, insertis, expressis, ac specificatis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum omnium, & singularum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latissime, & plenissime, ac sufficienter, nec non specialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogatur.

**S. 16.** Volumus præterea, ut earumdem præsentium literarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius ex Secretariis Ministri, vel Commissarii generalis dicti Ordinis, sive Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii ejusdem Ministri, vel Commissarii, aut Procuratoris generalis ipsius Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extrâ adhibetur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostense.

Hujus Constitutionis transsumptis habenda fit.

**S. 17.** Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis, approbationis, concessionis, extensis, ordinationis, largitionis, Decreti, voluntatis, mandati, & derogationis infringere, vel ei autu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac

Nemo hanc Constitutionem violare audeat.

ANNO  
1726.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

491

ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se neverit incursum.

D. 10. Dec.  
1725. P. A.  
secundo.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo septingentesimo vigesimo quinto, quarto Idus Decembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

Loco + Plumbi.

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

Vita de Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Lucas Martinettus.

VII.

Constitutio Apostolica qua BENEDICTUS XIII. declarat & præcipit omnibus & singulis Congregationibus Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Indiarum, & Lusitanæ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum ut inter ipsas servetur uniformitas in Cantu Gregoriano, Ritu Barbae, & Caputio Rotundo.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Declarat &  
præcipit ut  
in rubr.

S. i. Cum sicut accepimus, inter dilectos Filios Fratres Congregationum Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Indiarum, & Lusitanæ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum multiplex, & magna diversitas eam circa recitationem Divini Officii in Choros, quod in quibusdam Conventibus, & Regionibus eum Cantu, & nota celebratur, quam circa Habitum Regularem introducta sit; Quidam enim Religiosi Caputio Rotundo, alii vero acuminato utantur, ac denique alii Barbam oblongani deferant, alii e contrario eam totaliter radant. Nos, ut uniformitas in his omnibus ex commissi Nobis cœlitus Pastoralis Officii nostri debito servetur, providere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matuра deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, dilectis Filii Vicariis Generalibus, Provincialibus, & Conventualibus Prioribus, ac universis Fratribus Discalceatis Ordinis, & Congregationum hujusmodi, ut tam ipso, quam ceteri omnes, & singuli earundem Congregationum Religiosi Professi uniformitatem in Cantu Gregoriano, Ritu, & Caputio Rotundo omnino servare teaneantur; harum serie præcipimus, & manda mus.

S. 2. Decernentes ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, nec de subreptionis, vel obceptionis, aut nullitatis vitio, seu intentio nis nostra, aut interesse habentium consensu, alioquin quolibet defectu notari, impugnari, infungi, retractari, seu in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci posse.

S. 3. Sicque in præmissis per quoscumque J udices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his

à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoreranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationum hujusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboret statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansuis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; ceterisque contraria quibuscumque.

S. 5. Volunmus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam imprecisis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibite, vel ostendit.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatori die 22. Januarii 1726. Pontificatus Nostri anno secundo.

F. Card. Oliverius.

Copia hoc cum suo Originali concordat de verbo ad verbum, in cuius rei fidem Nos subscripsimus. Fr. EUSTACHIUS A SANCTA AGNETE, Procurator Generalis Augustinorum Excalceatorum Congregationis Galicana. Roma 2. Febr. 1726.

ANNO  
1726.

Derogatio-  
nes.

Transump-  
ptorum fi-  
des.

D. 22. Ja-  
nuarii P. A.  
secundo  
1726.

VIII.

Pro recta justitia administratione, & litigantium, præfertin pauperum, utilitate de visitandis Caufidicorum, & Notariorum officiis publicis, archivis, & curiis forensibus universis per S. R. E. Cardinalem, quolibet decennio eligendum: cui muneri obeundo nunc depudatur Eminentissimus Dominus Cardinalis Vincentius Petra.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam  
rei memoriam

Summus  
Pontifex lic-  
gantum vex-  
ationes tol-  
tere fatigat.

S. i. Summi Apostolatus officium, divinitus humiliati nostræ commissum, eam sollicitudinem nobis imponit, ut per Antecessorum Nostrorum vestigia incurrentes, præter fructuosa Dominici agri culturam, negotia pariter, qua in hijs almae Urbis Nostræ publicis Magistris, judicariis tribunalibus, & curiis forensibus per Notarios, Curores, caufatum Procuratores, & quoscumque Actuarios geruntur, incorruptè, sincerè, & minori, quo fieri potest, litigantium dispendo & incommodo, majorique corumdem tribunalium, totiusque generalis curia decore, atque ornamento peragantur, ut litibus ad finem optatum perductis, ipsi litigantes ab indebitis vexationibus, assiduisse molestias atque impensis tandem liberi evadant.

S. 2. Hæc nobis cogitantibus recti virti & justitia percipidi per suos libellos supplices, non sine magno animi nostri macore, significandum curarunt, quorundam paucorum

Diurna  
litium amba-  
ges, & sub-  
terfugia omni-  
nino abolen-  
da.

calli-

Decretum  
irritans.